N. b. Sunt tamen hec loca sicut omnia alia fere in quibus dn̄s aliquid ope
ratus est hodie sub terra. Et descenditur ad illa in criptā ꝑ plures gra
dus. sicut etiā est locus annūciationis et natiuitatis xp̄i. et iste locus
in chana galilee et plura alia q̄ ostendūtur sub terra. Cui⁹ rei aliā nō
inuenio ratione̅ nisi ꝙ ꝑ frequētes destructiones ecclesiarū in quibus
erāt loca ipa ruine sūt sup̱ terrā exaltate et sic eis qualitercūq̧ cōpla-
natis alia edificia desup̱ sunt constructa. Cristiani vero deuotione̅ ha
bentes visitādi loca ista et volentes ad vera loca vbi res est gesta ꝑue-
nire. necesse habuerūt loca emūndare ad gradus faciendos vt sic ad ea
ꝑuenirent. Et ideo fere omnia loca ista quasi in criptis videntur.
Chana galilee ab aquilone monte̅ habet altū et rotundū. et est in decli-
uo lateris ei⁹ sita. sub se vero cōtra austrū habet campum et planiciem
valde pulcrā. quā Josephus appellat Carmelion vsq̧ in sephorū ferti
lem nimis et amenā. ¶ Inde nō longe sunt ciuitates ille quondā ꝓpo
tentes et ꝑclare Tirus et Sydon. de quib⁹ etiā supra mētio est habita
In quarū ꝑtes cū secessisset ihesus ecce mulier chananea a finibus illis
egressā clamauit dicens ei. Miserere mei dn̄e fili dauid filia mea male
a demonio vexat̄ &c. quā et ipse sanauit vt habetur Mathei. xvij. Et
est ibi indūlgentia septēnis. Multe quoq̧ alie ciuitates et opida in eo
dem sunt districtu. in quib⁹ legitur dn̄s miracula multa fecisse. vt euā
gelistę tradūt. Inter q̄s maritima quedā ꝑstat ciuitas q̄tuor distās ab
Jerusalem dietis. que hodie Barutū est dicta. portū habēs marinū. Est
et ibi nō longe ciuitas q̄ Cappadocia appellat̄. vbi sanctus Georgius
dracone̅ interfecit. Et est ibi indulgentia septennis &c.
Item de baruto ad septentrionalem plagā est ciuitas quedā q̄ tripo-
lis nūcupatur vbi est locus ille in quo sancta Marina in habitu virili
monachali de crimine accusabat̄ q̄si cū filia cuiusdam bubulci. carnis
ꝑpetrasset peccatū ¶ Inde ꝓcedendo est ciuitas quedā Leodosia dicta
hodie destructa et desolata. vbi tame̅ inter alias ecclesias quedā est cete
ris pūlcrior ad sanctū Saluatore̅ appellata q̄ remāsit. Estq̧ in ea in-
dulgentia septennis cū totide̅ carenis. ¶ Adhuc vlterius ꝑgendo veni
tur ad Antiochiam ciuitate̅. vbi sanctus Petrus verbū vite p̄dicās plu
rimisq̧ miraculis coruscās infra septē dies plusq̧ decē milia hominum
baptisauit. vbi etiā cōstituta sibi kathedra multitudo populi ad eū cō-
ueniens quotidie audiebat sanā doctrinā quā sanitatū efficacia cōfir-
mabat. vbi et ꝑ septennuū p̄fuit. vbi etiā primū omniū xp̄ianū nome̅
fuit exortū. Sūt aūt ibi plures ecclesie. nam et sedes patriarchalis illic
plurimo tp̄e ꝑseuerauit. Et ē ibi indulgētia septēnis cū totide̅ carenis.
Inde ꝓcedēdo est ciuitas Accon dicta siue ptholomeida. de qua supra
habitū est. vnde etiā oīes hee diuisiones incipiūt ad alias scd̄m diuer-
sas plagas ꝓcedendo Ibi sanctus paulus verbū vite diu p̄dicauit. Et
fuit hec ciuitas quondā sub dominoꝝ Rodensiū ditione.
Inde venitur in ciuitate̅ Damascenoꝝ inclitā et insignem. itinere sex
dierū ab Jerusalem distante̅. in qua sanctus paulus baptismū suscepit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-98/0082
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG